



CAPUT XXXIV.

De Sententia.

§. 270.

Judices, ut Lites, quantum fieri possit, celeriter expediantur, curare debent, easque per sententiam definire.

§. 271.

In quavis sententia omnes Litis Confor-
tes, ac participes ita exprimendi, ac nomi-
nandi sunt, quemadmodum in scripturis cau-
ſæ a se signatis, vel in mandatis a se editis
subscripti erunt; vel si verbalis fuerit pro-
cessus, quemadmodum in contradictorio five
ipſi, five per Procuratorem comparuerint,
ita quidem, ne postea dubium, an quis in
sententia comprehensus sit, nec ne? oriri
possit, societas tamen mercatorias publico
negotiatorum albo inscriptas ea nuncupatione,
quam profiteantur, & quæ inscripta sit, ef-
ferri sufficiat, post nomina partium punctum

ſeu

seu objectum litis in sententia clare, ac definite explicitur, ipsa vero sententia partium petitioni consentanea, & perspicue itidem atque plane concepta esse debet, in eadem tamen de rationibus, quæ Judicem ad sic, & non aliter judicandum permoverint, mentio facienda non est.

§. 272.

Si cui litigantium per sententiam aliquid Litis expediendæ causæ e. g. probatio, jura-
mentum, vel aliud ejusmodi injungetur, Ju-
dex terminum intra quem secundum ordinem
hunc judicariū procedendum erit, uti &
damnum, vel praejudicium secus a parte sub-
eundum in sententia exprimito.

§. 273.

Sententiæ Partibus neque in judicio præ-
legendæ, neque publicandæ sunt, sed post-
quam latæ fuerint, a judice Partibus, vel ea-
rum procuratoribus ad manus transmitti de-
bent. Hæc vero intimatio omnibus partibus,
in loco judicii, vel ipfismet præsentibus, vel

Advo-

Advocatis provisis eodem die facienda , tecum vero , & si ambæ Partes , vel alterutra earum a loco Judicij distent , ita instituenda est , ut intimatio succumbenti prius saltem , quam victori fiat.

§. 274.

Super quavis Sententia , a qua ad superius Judicium provocari potest , Judex una cum Sententia parti quoque rationes judicati intimare debet , quin ad eas extradendas partium petitio exigatur . In his rationibus Sententiæ particulares opiniones , quæ in Causæ deliberatione forte prolatæ fuerint , edendæ non sunt.

C A P U T X X V .

De Appellatione , Revisione , & querela nullitatis.

§. 275.

Quicunque se per Sententiam gravatum esse arbitrabitur , huic ab ea intra dies 14 .
a die